



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXI. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Brietzen ein von den Markgrafen Otto und Conrad ertheiltes Zollprivilegium, am 23. Juli 1343.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

piperis et dimidium chorum humuli super indagine altari prenotato perpetuis temporibus pertinentes. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri et actioni, quod vel que nobis in premissis competeat redditibus vel competere posset aliquo modo in futurum. In cujus rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensione firmiter communitas. Testes vero hujus sunt nobiles viri Chunradus Dux de Decka, Guntherus comes de Swartzburg, Henricus de Ryschach, Curie nostre magister, Johannes de Buch, Friedericus de Lochen et strenuus vir Marquardus de Luterpeck cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandow Anno Domini M. CCC. quadragesimo tertio, in die beate Marie Magdalene.

Gerden's Cod. II, 561 lüdenhaft.

XXI. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Brieg ein von den Markgrafen Otto und Conrad ertheiltes Zollprivilegium, am 23. Juli 1343.

Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Carinthie Dux Sacrique Romani Imperii Archi-Camerarius, Singulis et universis, ad quos presentes devenierint, salutem et notitiam subscriptorum. Venientes ad nos prudentes et discreti viri civitatis nostre Brycen Consules et cives, ut ipsis gratias et donationes super libertate theolonii et Vngeldi per gloriosos principes et singulariter per Ottonem et Conradum Marchiones Brandenburgenses Predecessores nostros carissimos bone recordationis factos, datos et concessos, innovare, ratificare et confirmare ex nostra mentis benivolentia dignemur, cum instantia humiliter supplicarunt. Quorum quidem precibus annuimus, annuere decrevimus, et juxta vota ipsorum quemlibet more Predecessorum nostrorum premissorum, fidelitatis et constantie promittunt in ipsis compertam cum diligentia pensantes, per terras et principatus nostros a datione cujuslibet theolonii et Vngeldi libertamus, libertavimus, exemimus et eximimus perpetuis temporibus presentium testimonio litterarum, Mandantes singulis et universis officiatis nostris, Vngeldariis et Theolonariis ubicunque in terris nostris morantibus, ne contra presentem per nos ipsis factam gratiam sive libertatem, theolonium vel Vngeldum ab ipsis vel ipsorum altero requirant in antea vel exigant gratie nostre sub obtentu. In cujus rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensione firmiter communitas. Testes vero hujus sunt nobiles viri Cunradus Dux de Decka, Guntherus Comes de Swarzburg strenuque milites Henricus de Ryschach Curie nostre magister, Friedericus de Lochen et fidelis noster Marquardus Loterbeck cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandow Anno Domini M. CCC. quadragesimo tertio, in Crastino beate Marie Magdalene.

XXII. Desfallsige Instruction der markgräflichen Zollbeamten, vom 23. Juli 1343.

Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Carinthie Dux sacrique Romani Imperii Archi-Camerarius, singulis et universis officiatis,